Procedencia del presente documento: Archivo Real y General de Navarra
Leg.1 núm 25. Caja 33906

Petrus Dei gra Pampilonensis Epis fratri suo Nicolao
Monacho Curie Dei salutem et religionis augmentum. Quoniam in Monasterio Curie Dei ubi
sub regulari conversatione Deo militare elegisti pre ceteris Gallianum Monasterijs
monasticam religionem florere cognovimus gaudio gaudemus et spirituali iocunditate
letamur omnipotenti Deo gratias agentes et omni devotione supplicantes quatenus
in eodem Monasterio religionem et omne bonum per gratiam Sancti Spiritus conservare
et augere dignetur in perpetuum. Proinde tibi et eidem Monasterio seu atitulatum
est Deo auctatore providere utiliter affectantes communi avenio et Consilio fratrum nostrorum
Canonicorum videlicet Pampilonensis Ecclesie concedimus et donamus Ecclesiam
de Iranceo cum omnibus pertinentijs suis ad edificandum ibi Monasterium in
quo Deo propitio secundum institutionem Abbatis seu fratrum prelibate Curie
Dei conversatio regularis in perpetuum conservetur. Sperantes et fidem plenam ob-
tinentes quod inde fumus aromatum ascendet ad sublimem divinitatis aram
et nobis et fratribus nris atque toti patrie gaudium et salus orietur animarum
Sancimus autem et pactum stabilimus ut eiusdem loci Abbas et Monachi
salva ordinis sui dignitate et honestate Pampilonensi Epo obedientiam fideliter
conservetur necnon Canonicis pampilonensibus omnem reverentiam exibeant
Huius rei testes sunt Garsias Prior, Guillermus Archidiaconus, Simeon Pre-
positus, Garsias Camerarius, Fortunius Archidiaconus, Simeon Archi-
diaconus, Poncius sacrista, et Garinus infirmarius, et alij Canonici. facta
carta Anno Dnice incarnationis M°. C°. LXX° VI°. Ego Petrus Dei
gra Pampilonensis Epus hoc privilegium confirmans manu propia hoc † signum
facio. Ego Garsias Prior pro toto conventu hoc ✡ signum facio. Ego David
signi-